in Vim dotis et expeditionis legitime Concernens per manus Nobilium Hiacynthi, Wasko, et Hryncio Kulczyckie fratrum suorum germanorum, totaliter et plenarie satisfactum est, obquam eiusmodi satisfactionem, dotisq et expeditionis plenariam et sufficientem persolutionem, bonis paternis, in rem et manus suprafatorum fratrum suorum abdicat, abrenunciat et resignat. salvis nihilominus bonis paternis, similiter se Recognoscens cum alys successoribus suis in Vim dotis Concernens. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Terlecki Consorti Reformat

534 Comparens personaliter Coram officio, et Actis praesentibus Castren Capitan Premysliens, Nobilis Andreas Terlecki Petrylowicz, olim Nobilis Basilij Terlecki Petrylowicz, cum Nobili Marina Pachawska procreatus filius. sanus mente et corpore existens, a Terris, districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castren Capitan Premysliens Jurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subyciendo, palam, libere, publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Helenae Kulczycka, olim Nobilis Iwan Kulczycki Chapka, cum olim Nobili Nastasia Kulczycka, Consorte eius legitima procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae, eiusq posteris summam Centum Quinquaginta florens polon, ratione vero dotis, et expeditionis, post ipsam accepta, et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam, Centum Quinquaginta florens polon, ratione certi, Veri, iusti, et liquidi dotalitii, in et super tota et integra medietate, bonorum suorum generaliter omnium, haereditariorum, obligatoriorum, mobilium, et immobilium, summarumq quarumuis pecuniariorum; nec non auri, argenti, clenodiorum, Unionum, margaretharum, vestium

vestimentorum, Stanni, aeris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equired, ac totius suppellectilis domestica nunc habitae et imposterum habendae, dedit, dotavit, dotalitiavit, inscripsit, et reformavit, prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit, et reformat praesentibus per ipsam Nobilem Helenam Kulczycka, sui Recognoscentis Consortem legitimam, et ipsius posteros, eandem Medietatem bonorum suorum, quatuor omnium, cum Universis ipsorum Utilitatibus, et Usufructibus, competentiisque et prærogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos usus, et suorum successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, Vigore ac more aliarum reformationum, hactenus et diutius in Regno Poloniae observari solitarum

Koniecki Fratri suo Roborat.

634 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus, Generosus Joannes Odrowąż Koniecki. Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus, bonisque suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subyciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse se, ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis quibusuis, habitis et habendis, inscribit et obligat praesentibus: Scriptum Certum manuale per se Recognoscentem, in rem et Manus, Generosi Alexandri Odrowąż Koniecki, fratris sui Recognoscentis germani, ratione certarum rerum, et conditionum in eodem Scripto Manuali contentarum, de actu et data illius, hic Premysliae die decima sexta Martii, Anno praesenti confectum, conscriptum, et datum, manu sui Recognoscentis propria sub

Scriptum